



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

IV. Nulli concedendae sunt ecclesiae, vbi alii nominatim succedant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

C A P. IV. *Idem Dunelmenſi episcopo.*

Accepimus quod quædam ecclesiæ clericis tali tenore sunt concessæ, quod post eorum obitum alii nominatim succedant: vnde quoniā hoc iniquum est, & sacrī Canonibus inimicum, & ideo non debet aliquatenus tolerari, fraternitatī tuæ, &c. quatenus huiusmodi successiones tam detestabiles & iniquas, contradictione & appellatio-<sup>Sup. ex.</sup> <sub>Conc. Ro.</sub> Nulla. ne cessante, fieri prohibeas, & omnino friuolas & vanas esse decernas.

C A P. V. *Idem Dunelmenſi episcopo.*

Contingit interdum, quod licet abbas vel prior alicuius conuentualis ecclesiæ, cum ecclesiastica vel sacerdotali persona super his, de quibus inter eos controuersia vertitur, coram delegato vel iudice ordinario transigat, literis capituli sui de ratihabitione monstratis, ipsum tamen capitulum eamdem transactionem nititur reuocare. Vnde quia super hoc nos consulere voluisti, consultationi tuæ taliter respondemus, quod si abbas vel prior de capitulo suo literas de ratihabitione habuerit, transactionem quam fecit, præsertim si fuerit aliquot annis seruata, capitulum, ac si non consenserit in eam, non poterit aliquatenus reuocare. Super eo vero, quod clerici & religiosæ personæ, sicut assiseris, literarum intuitu quas habent a laicis, sibi ius in ecclesiis vendicant, hoc tibi volumus innotescere, quod vbi episcopalis auctoritas non accesserit, per illos ecclesiias suas possint obtinere.

Transactio-  
nem per ab-  
batem vel  
priorem, cū  
literis rati-  
habitionis  
conuentus  
factam, ra-  
tam habeti.

C A P. VI.

*Idem abbatii de Staforde, & priori de Eleſbi.*

Constitutus in præsentia nostra G. clericus, sua nobis assertione monstrauit, quod cum inter ipsum & A. clericum super capella de Stancona controuersia emersisset, tandem per transactionem fuit sopita: & licet transactio ipsa, fide hincinde præstata, firmata fuisset, eam tamen præfatus A. seruare contradicit. Quia ergo huiusmodi transactiones nonnunquam speciem obtaintent simonie, & non solum a malo, sed a specie mali, secundum Apo-<sup>Sup. de po-</sup> <sub>testate iu-  
dic. Si quā</sub> stolum, nos conuenit abstinere, discretioni vestræ, &c.

\* Concil. Tom. 27.

Nnnn ij